

MY. quor tu obsecro hic me solam? *DA.* hem quaē haēc
est fabula?

echo Mysis, puer hic undest? quisve huc attulit?

MY. satīn sanu's qui me id rogites? *DA.* quēm ego 10
igitur rogem *

750 qui hic neminem alium videam? *CH.* miror unde sit.

DA. dictura es quod rogo? *MY.* au! *DA.* concede ad
dexteram.

MY. deliras: non tute ipse...? *DA.* verbum si mihi
unum praeter quam quod te rogo faxis: cave!
male dicis? undest? dic clare. *MY.* a nobis. *DA.* hahae! 15

755 mirum vero inpudenter mulier si facilit
mēretrix! *CH.* ab Andriast [ancilla] haec, quantum in-
tellego.

DA. adeon videmur vobis esse idonei
in quib' sic inludati? *CH.* veni in tempore.

DA. propera adeo puerum tollere hinc ab ianua. 20

760 mane: cavē quoquam ex istoc excessis loco!

MY. di te eradicent! ita me miseram territas.

DA. tibi ego dico an non? *MY.* quid vis? *DA.* at
etiam rogas?

cedo, quoium puerum hic adposisti? dic mihi.

MY. tu nescis? *DA.* mitte id quod scio: dic quod rogo. 25

765 *MY.* vostri. *DA.* quoi(u)s nostri? *MY.* Pamphili.

DA. hem quid? Pamphili?

MY. echo ān non est? *CH.* recte ego hās semper fugi
nuptias.

DA. o facinus animadvortendum! *MY.* quid clamitas?